



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

17. Clerici ne quidem cum consensu Episcopi sui prorogare possunt jurisdictionem Judicis sacerdotalis, subjiciendo se eius judicio in causa civili: *arg. cap. si diligenti deforo comp. jun. G.* communiter recepta. Tametsi enim laicus in causis civilibus (non criminalib<sup>o</sup>) Clericorum possit esse Judex delegatus ab Episcopo: ex praxi & doctrina communi, & Gl. in cap. 2. ver. non presumant: de jud: Abb Fel. ibid: non tamen laici Judicis jurisdictione prorogari potest ad causas Clericorum; quādoquidem Judex delegatus non propria, sed delegantis auctoritate judicat: Judex autem prorogat<sup>9</sup> iure proprio, quod extendi non potest ad causas Ecclesiasticorum, cūm huius jurisdictionis incapax fit laicus cap. 2. de jud: & prorogatio jurisdictionis fieri nō possit ad causas omnino diversas.

18. Quantum ad Religiosos aliosque Clericos exemptos ab Episcopo certum est, eius se jurisdictioni subjecere non posse in contentiosis *Abb: in cap: significasti. 18. n. 10. deforo comp.* Tamen in voluntariæ jurisdictionis actibus, videlicet absolutione à peccatis censuris, dispensatione super irre-

irregularitatibus, votis, ac juramentis, si  
Prælatus Ordinis tali potestate præditus  
non sit, rectè dicitur, quod exempti se  
subjicere possint Episcopo Diœcesano,  
ex voluntate Pontificis benignè præsum-  
ptâ. *Sanch: Tom: 1. de Religio. libr. 4. cap. 39.*  
*n. 32. contra Suar: Tom: 2. de Relig: libr. 6. di-*  
*votis, num. 11. ne alioquin ipsi in ea re dete-*  
*rioris conditionis sint, quam alii Clerici*  
*Diœcesis non exempti.*

19. Prorogationi quam maximè op-  
posita est Judicis recusatio, quia per hanc  
Judicis alioquin non competentis juris-  
dictio suscipitur; per hanc verò Judicis  
alioquin competentis jurisdictioni ex cau-  
sa repudiatur. Recusari autem potest ju-  
re Civili non solum Judex pedaneus au-  
delegatus, sed & is, qui jurisdictioni præ-  
est velut Ordinarius: cum nimis ipse  
cognitus est; hoc tamen discrimine,  
quod in illius locum surrogetur alius;  
hunc potius adjungatur collega; *L. 16. C*  
*ult. & Auth: si verò contigerit. Cod. de jud: nov.*  
*13. cap: 2. cit. nov. 53. nov. 82. capit. 1. nov. 86.*  
*cap. 2. & DD. ad L. apertissimi. C. de jud: Nec*  
*is duntaxat, qui à Magistratu delegatus*  
*est;*